Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent

durior nempe sano. qui ad proximi necessitati occurrendum pro tanto non flectat remuneratore. Iure igitur idem preceptor noster caritatis officia tam crebro nobis repetit. Iure tam aperte. tamq; serio se illa iubet impendi. Iure egrotantium curam. siue pro ipsa curanda infirmitate. siue pro debilitate post egritudinem tollenda vni alicui determinate iniungendā precepit ne de his que opus sunt ex communis cure negligētia aliqua accidat infirmis necessitas. Sed is. quem ad seruiendum infirmis duxerit prelatus eligendum deum timeat. vt tante diuine remunerationis capax sit. necesse est. alioquin nec debitam egrotis adhibebit curaz. nec tam perfectum cum delectabit op⁹ Talis quippe seruitor debet esse infirmorū. vt que facit non hominibus. sed illi facere firmiter credat. qui dicet. quod vni ex istis minimis meis fecistis mihi fecistis. Ipse enim in iudicio dicturus est. Infirmus fui. z visitastis me. Esuriui. z dedistis mihi cibum. Sitiui. z dedistis mihi potum. Facite igitur obsecro fratres mei misericordias in hoc seculo. que deleant peccata. z vobis in die succurrant iudicij. cum nobis tempus adest. Et in nostra consistit potestate bona opera faciamus cum enim bene operandi temp⁹ trāsierit. non nisi recipiendi superent. Et id vnusquisq; recipiet. quod hic pie. vel impie gesserit. Ferāt igitur eqno animo fortiores infirmorum egritudinem. non eos terreat labor. non egrotantium importunitas. non fetores. non putredines. non gemitus. non clamores. non demum quecunq; seruiendi incōmoditates a tam bono salutiferoq; retrahant ministerio. Tēporalis quidem erit labor. premium autē erit eternum. Nec illa preciosa regali. z imperiali poterimus veste ornari: Si fugiem⁹ his laboribus angariari. Ipse enim celestis imperator per apostolum suuz dixit. Nemo coronabitur. nisi qui legitime certauerit. Ipse per eius doctorem. z vicarij sui successorem inquit. Ad magna p̄mia peruenirī non potest. nisi p magnos labores. Tales etiam sint. qui cellario qui vestibus qui codicibus. qui q; z alijs distribuendis rebus preponuntur. vt sine murmure seruiant fratribus suis. ipsi enim non dñi. sed ministri. nō rerum retē tores sed dispensatores. non peculiares. sed econonici sunt exhibitores. ad q̄s spectat hilariter. libenter. ac oportune distribuere vt de ministerio eis cōmisso nō eternū supplicium. sed sempiternū reportent premiū. Non igitur clament. non detrahant. nō dare differant. nō denicq; postulantes tedio afficiāt. qm̄ q̄d est aliud murmurator nisi acerrimus blasphemator. p inde preceptor noster in cōmentarijs sup psalmos ait. Murmuras aduersus deuz qz fur non mortē appēde in statera equitatis furem z blasfemium. Iam dicis. qz fur nō es. sed murmurādo aduersus deuz blasfem⁹ es. ille captat somnum hoīs. vt aliquid inuoluat. tu dicis. qz dormit de⁹ z hominem nō videt. ergo vis vt ille corrigat manū. pri⁹ tu corrige linguā. Vis vt ille corrigat cor aduersus hominem. tu corrige cor aduersus deum. ne forte tu cū optas vindictā dei. si venerit. te priorē inueniat. Graue igitē z cōtagiosum peccatum est murmuratio. qz merito regnuz celoz. vt Gregori⁹ dicit. nullus qui murmurat accipit. qm̄ non nisi pacifice. humili. liberali. taciturne. quiete. z omni pietate plene dat menti. Recte igitē apud Salomonez murmuratores describunt. qui ait. precordia fatui sicut rota carri. Carrū fenum portat. z murmurat. nō enī potest rota q̄escere a murmure. sic multi sunt fratres. qui nō menti. sed corpore soluz in vnū habitant. Tales similes sunt iumentis deferentib⁹ vinū. z bibentibus aquaz Quid enī pdest dulce et amenū religiōis habere nomen. q̄d sanctum deferre habitū. q̄d in sacro habitare loco. q̄d caritatis hz̄e ministeriū. z dulci a suaui relicto vino pietatis turbulentissimā detorrente potare aquam murmurationis. Non igitur murmurauerit̄. vt apostolica vtamur auctoritate. sicut quidam murmurauerūt. et a serpentibus perierunt. quare a serpentibus. nisi qz serpēs venenosus est. Et ois qui murmurat in lingua tenet dyaboli venenum. plures enim lingue hominū dolose. q̄z serpentium venena inficiūt. Hinc ap̄ls Jacob⁹ ait. Lingua inquietū malū plena veneno mortifero. murmuratiōis petm̄ a deo sp̄ abhoīat⁹ ē de⁹. vt antiq̄ i lege ñ expectauerit ipsū p⁹auctoz mortē eē